



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Joannes De Matha. Pius affectus erga captivos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. JOANNES DE MATHA.

Pius affectus erga captivos.

Deus, qui per S. JOANNEM DE MATHA Ordinem SS. Trinitatis, ad redimendum de potestate Saracenorum captivos, cœlitus instituisti; præsta, ut à captivitate & animæ & corporis ipso intercedente liberemur.

Ora pro captivis apud infideles.

natus,
us, an-
auspi-
m exer-
m insti-
nis Flo-
novum
propaga-
plures,
eriare-
x extitit
um Or-
Princi-
iete pu-
propo-
esiderio
Panno-
oriani in
tis con-
to mo-
466 re-
achii de-
rus Da-

rudiner

riatatis Jesu

IOANNES DE MATHA Falcone in Provin-
cia natus 1160; ætatis suæ 33 Parisiis
gradum Magistri in Theologia, & in ecclesia
Presbyteri suscipere compulsus fuit. Huic,
dum sacras rite offerret primitias, conspi-
cuis pluribus, adstitit Angelus, candidam
vestem bicolori ex rubro & cæruleo Cruce
signatus: qui decussatas super captivorum
duorum capita manus tenens, prælusit in-
choando paulo post Ordini Sanctissimæ
Trinitatis, ad redemptionem Christiano-
rum ex barbarica servitute. Divinitus inje-
cto proposito socium se addidit S. Felix Ere-
mita: & ambo sub initium Innocentii III
Romam profecti, confirmationem ab eo Re-
gulamque & locum acceperunt anno 1198.
Hinc divisi, mirifice novum ordinem pro-
pagarunt; in Hispania JOANNES, in Gallia
Felix; ubi hic etiam obiit, ille vero reversus
Romam, biennio post, Christi anno 1214,
condigno tumulo ibi sepultus, semperque
ait Sanctus habitus, in ecclesia S. Thomæ
de Formis alias de Navicella; quo rite pro-
bato, cultum confirmavit an. 1666 Alexan-
der VII, & latius extendit Innocen-
tius XI.

*Filius hominis venit dare animam suam
redemptionem pro multis. Mat. 20.*